

St. Timothy was a convert of St. Paul who believed that he was intended for an evangelist. Timothy was ordained and at once became the beloved fellow-worker of St. Paul. Finally, he became the first bishop of Ephesus, and while there received the two Epistles which bear his name. In the year 97 he was beaten and stoned to death because of his opposition to idolatrous ceremonies.

INTROIT Ecclesiasticus 45: 30

Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in aetérnum. (Ps. 131: 1) Meménto, Dómine. David: et omnis mansuetúdinis ejus. Glória Patri et Filio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in saecula saeculórum. Amen. Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in aetérnum.

COLLECT

Infirmítatem nostram réspice, omnipotens Deus: et, quia pondus própriæ actiónis gravat, beáti Timóthei, Martyris tui atque Pontíficis intercésio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

EPISTLE 1 Timothy 6: 11-16

Caríssime: Sectáre justítiam, pietátem, fidem, caritátem, patientiam, mansuetúdinem. Certa bonum certámen fidei, apprehénde vitam aetérnam, in qua vocátus es, et confessus bonam confessionem coram multis téstibus. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat ómnia, et Christo Jesu, qui testimónium réddidit sub Póntio Piláto, bonam confessiónem: ut servas mandátum sine mácula, irreprensibile usque in advéntum Dómini nostri Jesu Christi, quem suis tempóribus osténdet beátus et solus potens, Rex regum et Dóminus dominántium: qui solus habet immortalitátem, et lucem inhábitat inaccessibilem: quem nullus hóminum vidit, sed nec vidére potest: cui honor et impérium sempitérnum. Amen.

GRADUAL Psalms 88: 21-23

Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim meae auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei.

(After Septuagesima, the Alleluia is replaced by the Tract.)

LESSER ALLELUIA Psalms 109: 4

Allelúja, allelúja. Tu es sacérdos in aetérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja.

TRACT Psalms 20: 3-4

Desidérium ánimæ ejus tribuisti ei: et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis. Posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó.

GOSPEL Luke 14: 26-33

In illo témpore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificáre, non prius sedens cómputat sumptus, qui necessarij sunt, si hábeat ad perficiéndum; ne, posteaquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illúdere ei, dicéntes: Quia hic homo coepit ædificáre, et non potuit consummáre? Aut quis rex iturus committere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cógitat, si possit cum decem mílibus occurrere ei, qui cum vigínti mílibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatiónem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renúntiat ómnibus, quæ pössidet, non potest meus esse discipulus.

OFFERTORY Psalms 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, beáti Timóthei, Mártyris tui atque Pontíficis dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidiúm. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

COMMUNION Psalms 88: 36, 37-38

Semel jurávi in sancto meo: Semen ejus in aetérnum manébit: et sedes ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfécta in aetérnum, et testis in coelo fidélis.

POSTCOMMUNION

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Timótheo, Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever. (Ps. 131: 1). O Lord, remember David: and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever.

Have regard to our weakness, O almighty God: and grant that we who are borne down by the weight of our own evil deeds may be safeguarded by the glorious intercession of Blessed Timothy, thy Martyr and Bishop. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, Follow after justice, godliness, faith, charity, patience, mildness. Fight the good fight of faith; lay hold on eternal life, whereunto thou art called, and hast confessed a good confession before many witnesses. I charge thee before God, Who quickeneth all things, and before Christ Jesus, Who gave testimony under Pontius Pilate, a good confession; that thou keep the commandment without spot, blameless, unto the coming of Our Lord Jesus Christ; which, in His times, He shall show, Who is the blessed and only mighty, the King of kings, and Lord of lords; Who alone hath immortality, and inhabiteth light inaccessible; Whom no man hath seen nor can see; to Whom be honor and empire everlasting. Amen.

I have found David, My servant; with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him. The enemy shall have no advantage over him, nor the son of iniquity have power to hurt him.

Alleluia, alleluia. Thou art a priest according to the order of Melchisedech. Alleluia.

Thou hast given him his heart's desire; and hast not withholden from him the will of his lips. For Thou hast prevented him with blessings of sweetness. Thou hast set on his head a crown of precious stones.

At that time, Jesus said to the multitudes, If any man come to Me, and hate not his father, and mother, and wife, and children, and sisters, yea and his own life also, he cannot be My disciple. And whosoever doth not carry his cross, and come after Me, cannot be My disciple. For which of you having a mind to build a tower, doth not first sit down and reckon the charges that are necessary, whether he have wherewithal to finish it; lest after he hath laid the foundation, and is not able to finish all that see it begin to mock him, saying. This man began to build, and was not able to finish? Or what king about to go and make war against another king, doth not first sit down and think whether he be able with ten thousand to meet him that with twenty thousand cometh against him? Or else, whilst the other is yet afar off, sending an embassy, he desireth conditions of peace. So likewise everyone of you that doth not renounce all that he possesseth, cannot be My disciple.

My truth and My mercy shall be with him; and in My name shall his horn be exalted.

Graciously receive, O Lord, the Sacred Victim we, by the merits of Blessed Timothy, Thy martyr and bishop, dedicate to Thee; and grant that it may be to us an everlasting help. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Once have I sworn by My holiness: his seed shall endure forever; and his throne as the sun before Me, and as the moon perfect forever: and a faithful witness in heaven.

Our strength renewed from having shared in Thy sacred gift, we beseech Thee, O Lord our God, that by the intercession of Blessed Timothy, Thy martyr and bishop, we may ever feel the mighty power of the sacrament we worship. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.